DICTIO QVE DICTA EST QVANDO EVSEBI FILIVS TRADITVS E ad studia

Licet sicut nouitas ita habeant intermissa formidinem et hoc sit cum
de adtritu faboris publici frons refugit quod fuit antequam disceret.
dum ad eluctatam reducitur dicendi usu per eumte senectus infantiam.
Exercitus olympicis certaminibus de palma confidit eculeus. et si
non otio debelitetur. in suo iure credit esse uictoriam. semper ei
coronam blandimentis efficacibus spes promittit nisi uelocitati
praemium desidiae langor excutiat. artifex iaculandi de triumphis
securus optat incerta et cui occurrit semper macie gloria longa
pace superatur. poetarum hederas nobilioribus corimbis et uiri
danti specie nutrix ingenii comit adsiduitas. cessante frequentia
probati ommutescunt ora causedici. educatus in puppibus aequore
liquidum sine terrore nauta perlustrat. qui si aliter renautā
ducat officia nec timent astris nec uentus deprehendit auspicius.
Agricula si aliquando uomerim inlectus urbanitate contemnat
inde uium bubus dum scribit terga nepielur. Ergo sicut actiū
in suo quaeque opere inueniuntur mater instantia ita nouerca erudi
tionis est neglegentia talis est nostrae quam post temporum inter
ualla producimus condicio dictionis. Non notum scema deferens
non pompam quam aetate mercari debuisset ostendit totam fiduciā
de auditorum benignitate concipiens sufficere credit ueniam
pro fauore. satis esse pia uota promerito. absiste procul debilis
timor insinuandum orbitatis miseratio orationem religiosum
commendat officium. Quid faciat sermo peritiae splendore
dotatus ubi causa etiam sine insinuatricis linguae placet officio.
res imperauit gr etiam sufficit ut uerba mereantur affectum.
utraque secundis ad audientiam uestrā omnibus conuenerunt.
Dicam sane quod restat quia tantum defrudabo laudibus meis
quantum remanserit in presenti causa silentiis. huic eusebius
nobilissimus genitor par moribus quam natura. dum extremis
pressus humanitatis sortē profuturo in longum uellit superare
consilio dum uitalis animae uigore terrenicarceris angusta
calcaret. ac se spiritalibus habitaculis cū a deo uocaretur refunderet;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0191